



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De diuisione prophetiæ. Quæstio 174.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

duo horum, quandoque verò ad vnum tantum. Et quodlibet horum contingit esse cum aliquo cognitionis defectu. Nam cum mens prophetae mouetur ad aliquid æstimandum, vel apprehendendum: quandoque quidem inducitur ad hoc, quod solum apprehendat rem illam: quandoque autem vltcrius ab hoc, quòd cognoscat hæc sibi esse diuinitus reuelata. Similiter etiam quandoque mouetur mens prophetae ad aliquid loquendum, ita quòd intelligat quod per hæc verba Spiritus sanctus intendit: sicut David qui dicebat 2. Reg. 23. Spiritus Domini locutus est per me. Quandoque autem ille cuius mens mouetur ad aliqua verba exprimendã, non intelligit quod Spiritus sanctus per hæc verba intendat: sicut patet de Caipha, Ioan. 11. Similiter etiam cum Spiritus sanctus mouet mentem alicuius ad aliquid faciendum, quandoque quidem intelligit quid hoc significet: sicut patet de Hieremia, qui abscondit iubar in Euphratem, vt habetur Hierem. 13. Quandoque verò non intelligit: sicut milites diuidentes ventura Christi non intelligebant quid significarent. Cuius ergo aliquis cognoscit se moueri à Spiritu sancto ad aliquid æstimandum, vel significandum verbo, et hoc: hoc proprie ad prophetiam pertinet. Cuius mens mouetur, sed non cognoscit, non est prophetia, sed quidam instinctus propheticus: quod tamen, quòd quia mens prophetae est instinctum deficiens (vt dictum * est) etiam veri prophetæ non omnia cognoscunt, quæ in eorum visis, et actibus, aut etiam factis Spiritus sanctus intendit.

In co. ar.

QVÆST. CLXXIV.

De diuisione prophetia, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de diuisione prophetia.

- ¶ Et circa hoc quaruntur sex.
- ¶ Primo, de diuisione prophetiæ in suas species.
- ¶ Secundo, utrum sit alior prophetia, quæ est sine imaginaria visione?
- ¶ Tertio, de diuersitate graduum prophetiæ.
- ¶ Quarto, utrum Moyses fuerit excellentissimus prophetarum?
- ¶ Quinto, utrum aliquis comprehensor possit esse propheta?
- ¶ Sexto, utrum prophetia creuerit per temporis processum?

ARTIC. I.

Utrum conuenienter diuidatur prophetia in prophetiam prædestinationis Dei, præscientiæ, & comminationis?

828

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter diuidatur prophetia in gloss. * super Math. 1. Ecce virgo in utero habebit: ubi dicitur quod prophetia alia est ex prædestinatione Dei, quæ necesse est omnibus modis euenire, ut sine nostro impetatur arbitrio, ut hzc de qua hic agitur: alia est ex præscientia Dei, cui nostrum admiscetur arbitrium: alia est quæ comminatio dicitur, quæ fit ob signum diuinæ animaduersionis. Illud enim quod consequitur omnem prophetiam, non debet poni ut membrum diuidens prophetiam. Sed omnis prophetia est secundum præscientiam diuinam: quia propheta legunt in libro præscientiæ, ut dicit * gloss. Isa. 28. Ergo videtur quod non debeat poni vna species prophetiæ quæ est secundum præscientiam.

*Ve. q. 12. ar. 10. Et Matth. 2. prop. 5. * gl. ord. sup. illud Vt adimpleretur qd dicitur est y prophetiam.*

¶ 2. Præterea, Sicuti aliquid prophetatur secundum comminationem, ita etiam secundum promissionem: & utraque variatur. Dicitur enim Hier. 18. Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, ut eradicem, & destrua, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego penitentiam. Et hoc pertinet ad prophetiam comminationis. Et postea subdit de prophetia pro-

gl or super illud Disponde mi tua quia moturis.

missionis. Subito loquar de gente, & regno, ut adhibeam, & plâtem illud. Si fecerit malum in oculis meis, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei. Ergo sicut ponitur prophetia comminationis, ita debet poni prophetia pœmissionis.

li. 7. c. 8. de clinan do ad fi.

¶ 3. Præterea, Isidorus, * dicit in lib. Etymol. Prophetiæ genera sunt septem. Primum genus est ecclesiasticum, quod est mētis excessus: sicut vidit Petrus vas submissum de cælo cum varijs animalibus. Secundum genus, visio: sicut apud Isaiam dicentem, Vidi Dominum sedentem, &c. Tertium genus est somnium: hoc Jacob dormiens scalam vidit. Quartum genus est nubem: sicut ad Moysen loquebatur Deus. Quintum genus est vox de cælis: sicut ad Abraham sonavit, dicens Ne mittas manum in puerum. Sextum genus, acceptio parabola: sicut apud Balaam. Septimum genus, receptio Spiritus sancti: sicut penè apud omnes prophetas. Ponit * etiam tria genera visionum; unum, secundum oculos corporis, alterum secundum spiritum imaginariarum, tertium per intuitum mentis. Sed hæc non exprimitur in prius dicta diuisione. Ergo est insufficientis.

li. 7. ety. ca. 8. non procul a p. 105.

SED contra est auctoritas Hieronymi, cuius dicitur esse * gloss.

In dicit in arg. 1

RESPONDEO dicendum, quod species habentur & actuum in moralibus distinguuntur secundum diuisione. Obiectum autem prophetiæ est id, quod est cognitio diuina supra humanam facultatem. Et ideo secundum horum differentiam, prophetia distinguitur in diuersas species secundum priuatiuam diuisionem. Dicitur est autem supra * quod dicitur est in diuina cognitione dupliciter. Uno modo, prout est in sua causa. Et sic accipitur prophetia comminationis, quæ non semper impletur: sed per se prænuntiatur ordo causæ ad effectus, qui quandoque alijs superuenientibus impeditur. Alio modo, præcognoscit Deus aliqua in seipsis, vel ut fienda ab ipso, & horum est prophetia prædestinationis: quia secundum Damasc. * Deus prædestinat ea, quæ non sunt in

9. 171. a. 6. ad 2.

l. 2. c. 30. dicitur prim.

in nobis, & honorum prædestinatio in glossa plex prædestinatio. Ad propriè dicitur in seipso prophetia tuum, sed dum quod ad omnem. Ad seipsum est quia eatur tam est ad re promissum. Ad te prophetiam potest dicitur in hunc. Et sic quædam * vel dicitur fluxus, sedus si quam se honem f somnium in vigila quam po elevati primo le quia

in nobis : vel vt fienda per liberum arbitrium hominis, & sic est prophetia præscientiæ, quæ potest esse bonorum, & malorum: quod non contingit de prophetia prædestinationis, quæ est bonorum tantum. Et quia prædestinatio sub præscientia comprehenditur; ideo in gloss. * in principio Psalterij ponitur tantum duplex prophetiæ species, scilicet secundum præscientiam, & secundum comminationem.

Ad primum ergo dicendum, quod præscientia proprie dicitur præcognitio futurorum euentuum, prout in seipsis sunt: & secundum hoc ponitur species prophetiæ. Prout autem dicitur respectu futurorum euentuum, siue secundum quod in seipsis sunt, siue secundum quod sunt in suis causis: communiter se habet ad omnem speciem prophetiæ.

Ad secundum dicendum, quod prophetia promissionis comprehenditur sub prophetia comminationis: quia eadem est ratio veritatis in vtrâque. Denominatur tamen magis à comminatione: quia Deus prior est ad relaxandam pœnam, quam ad subtrahendum promissa beneficia.

Ad tertium dicendum, quod Isidor. distinguit prophetiam secundum modum prophetandi: qui quidem potest distingui, vel secundum potentias cognoscitivas in homine, quæ sunt sensus, imaginatio, & intellectus. Et sic sumitur triplex visio: quam ponit tam ipse, quam * Augustin. 12. super Genes. ad literam. Vel potest distingui secundum differentiam prophetici influxus, qui quidem quantum ad illustrationem intellectus significatur per repletionem Spiritus sancti: quam septimo loco ponit. Quantum verò ad impressionem formarum imaginabilium ponit tria, scilicet somnium, quod ponit tertio loco: & visionem quæ fit in vigilando, respectu quorumcumque communium, quam ponit in secundo loco: & ecstasim, quæ fit per elevationem mentis in aliqua altiora, quam ponit primo loco. Quantum verò ad sensibilia signa, ponit in quia sensibile signum aut est aliqua res corporea

*In gl or.
in prof.
sup prolo
g^a Hie.
à m^o. il-
lius.*

*lib. 12. d
ca. 7. per
mult.
capit. 3.
10. 3.*

502 QVÆST. CLXXIV. ART. II.
 exterius apparet visui, sicut nubes, quam ponit quinto loco: aut est vox formata exterius ad auditum hominis delata, quam ponit quinto loco: aut est vox per hominem formata cum similitudine alicuius rei, quod pertinet ad parabolam, quam ponit sexto loco.

ARTIC. II.

Utrum excellentior sit prophetia, quæ habet visionem intellectualem, & imaginariam, quàm ea quæ habet visionem intellectualem tantum?

829
 Inf. 2. 3.
 co. 2. Et 3.
 q. 30. ar.
 ad 1. Et
 ver. 9. 12
 ar. 12. Et
 Is. 1. co.
 1. fi.
 * Aug. 1.
 12. super
 Ge. 1. 9. 7
 me. 1. 3.

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod excellentior sit prophetia, quæ habet visionem intellectualem, & imaginariam, quàm ea quæ habet visionem intellectualem tantum. Dicit enim * Aug. 12 super Genes. ad literam: & habetur in gloriâ Corinth. 14. super illud, Spiritus autem loquitur mysteria. Minus est propheta, qui rerum signaturum solo spiritu videt imagines; & magis est propheta, qui solo earum intellectu præditus est; sed maxime propheta est, qui in utroque præcellit. Hoc autem pertinet ad prophetam, qui simul habet intellectualem & imaginariam visionem. Ergo huiusmodi prophetia est altior.

q. præc.
 ar. 2.

¶ 2 Præterea, Quanto virtus alicuius rei altior, tanto ad magis distantia se extendit. Secundum propheticum principaliter ad mentem pertinet ex dictis * patet. Ergo perfectior videtur esse prophetia quæ derivatur usque ad imaginationem, quàm quæ existit in solo intellectu.

parum d
 med inci
 pit, uigin
 si duas
 literas,
 to 3.

¶ 3 Præterea, Hieronym. * in prologo libri Iuliani, distinguit prophetas contra hagiographos. Nominat autem illi quos prophetas nominat, per Hieremias, & alij huiusmodi, simul cum intellectibus visionem imaginariam habuerunt: non autem dicuntur hagiographi, sicut ex inspiratione sancti scribentes: sicut Iob, David, Salomon, & huiusmodi. Ergo videtur, quod magis proprie dicuntur propheta illi, qui simul habent visionem imaginariam.

riam cum intellectualem, quàm illi qui habent intellectualem tantum.

¶ 4 Præterea, Dionys. * dicit 1. cap. celestis Hierarchiæ, quòd impossibile est nobis superiucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. Sed prophetica reuelatio fit per immersionem diuini radij. Ergo videretur quòd non possit esse absque phantasmatum velaminibus.

SE D contra est, quod gloss * dicit in principio Psalterij, quòd ille modus prophetiæ cæteris est dignior: quando scilicet ex sola Spiritus sancti inspiratione, remoto omni exteriori adminiculo facti, vel dicti, vel visionis, vel somnij, prophetatur.

RESPONDEO dicendum, quòd dignitas eorum, quæ sunt ad finem, præcipuè consideratur ex fine. Finis autem prophetiæ est manifestatio alicuius veritatis supra hominem existentis. Vnde quanto huiusmodi manifestatio est potior, tanto prophetia est dignior. Manifestum est autem quòd manifestatio diuinæ veritatis, quæ fit per nudam contemplationem ipsius veritatis, potior est quàm illa quæ fit sub similitudine corporalium rerum. Magis enim appropinquat ad visionem patriæ, secundum quam, in essentia Dei veritas conspicitur. Et inde est quod prophetia, per quam aliqua supernaturalis veritas conspicitur, secundum intellectualem veritatem est dignior, quàm illa in qua veritas supernaturalis manifestatur per similitudinem corporalium rerum secundum imaginariam visionem. Et ex hoc etiam ostenditur mens prophetæ sublimior: sicut in doctrina humana auditor ostenditur esse melioris intellectus, qui veritatem intelligibilem à magistro nude prolatam capere potest, quàm ille qui indiget sensibilibus exemplis ad hoc manduci. Vnde in commendationem prophetiæ David dicitur 2. Reg. 23. Mihi locutus est fortis Israel. Et postea subdit, Sicut lux auroræ oriente Sole mane absque nobis rutilat.

Ad primum ergo dicendum, quòd quando aliqua

c. 1. parū ante me. illius.

In gl or. in prafa. sup p olo gū Hier. inuitur: es etiam Cassiodo. in prelo go, super Ps. c. 1.

supernaturalis veritas reuelanda est per similitudines corporales, tunc magis est propheta qui vtrumque habet, scilicet lumen intellectuale, & imaginariam visionem, quam ille qui habet alterum tantum, quia perfectior est propheta. Et quantum ad hoc loquitur Aug. Sed illa propheta in qua reuelatur naturalis intelligibilis veritas, est omnibus potior.

Ad secundum dicendum, quod aliud est iudicium de his quæ propter se queruntur, & de his quæ queruntur propter aliud. In his enim quæ propter se queruntur, quanto virtus agentis ad plura, & remotiora se extendit, tanto potior est: sicut medicus putatur melior, qui plures potest & magis a suis distantes, sanare. In his autem quæ non queruntur propter aliud, quanto agens potest ex paucioribus propinquoibus ad suum intentum peruenire, tanto videtur esse maioris virtutis: sicut magis laudatur medicus qui per pauciora, & leniora potest sanare infirmum. Visio autem imaginaria in cognitione prophetica non requiritur propter se, sed propter manifestacionem intelligibilis veritatis. Et ideo tanto potior est propheta, quanto minus ea indiget.

Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet aliud esse simpliciter melius, quod tamen minus proprie dicitur alicuius predicacione: sicut cognitio patris nobilior quam cognitio via: quæ tamen magis proprie dicitur fides, eo quod nomen Fidei imperfectionem cognitionis. Similiter autem propheta importat quamdam obscuritatem, & remotiorem ab intelligibili veritate. Et ideo magis proprie dicuntur propheta, qui vident per imaginariam visionem: quamuis illa propheta sit nobilior, quia per intellectualem visionem, dummodo tamen de de veritas verobique reuelata. Si verò lumen intellectuale alicui diuinitus infundatur, non ad cognoscendum aliqua supernaturalia, sed ad iudicandum secundum certitudinem veritatis diuinæ, ea quæ humana ratione cognosci possunt: sic talis propheta intellectualis est.

est infra illam quæ est cum imaginaria visione ducen-
te in supernaturalem veritatem : cuiusmodi prophe-
tiam habuerunt omnes illi qui numerantur in ordine
prophetarum . Qui etiam ex hoc specialiter dicuntur
prophetae , quia prophetico officio fungebantur . Vnde
ex persona Domini loquebantur dicentes ad populū ,
Hæc dicit Dominus . Quod non faciebant illi qui ha-
giographa conscripserunt , quorum plures loqueban-
tur frequentius de his , quæ humana ratione cognosci
possunt , non quasi ex persona Dei , sed ex persona pro-
pria , cum adiutorio tamen diuini luminis .

Ad quartum dicendum , quod illustratio diuini
ratiōis in vita præsentis non fit sine velaminibus phan-
tasmatum qualiumcunque : quia connaturale est homi-
ni secundum statum præsentis vitæ , vt non intelligat
sine phantasinate . Quandoque tamen sufficiunt phan-
tasmatum , quæ communi aliquo modo a sensibus abstra-
hantur : nec exigitur aliqua visio imaginaria diuinitus
procurata . Et sic dicitur reuelatio prophetica fieri sine
imaginaria visione .

ARTIC. III.

*Utrum gradus prophetiæ possint distingui secundum
visionem imaginariam ?*

830

Ad tertium sic proceditur . Videtur , quod gra-
dus prophetiæ non possint distingui secundum
visionem imaginariam . Gradus enim alicuius rei non
attenditur secundum id quod est propter aliud , sed
secundum id quod est propter se . in prophetia au-
tem propter se queritur visio intellectualis , propter
aliud autem visio imaginaria , vt supra * dictum est .
Ergo videtur quod gradus prophetiæ non distinguan-
tur secundum imaginariam visionem , sed solum secun-
dum intellectualem .

1. q. 12. a.
11. ad 1.
Et 4. dif.
49 q. 2. a.
7. ad 2.
Et ver.
q. 12. ar.
12. per 10.
11. q. 2.
14. co. Et
1. Cor. 1.
le. 4. co. 23.
ar. præ.
ad 2.

¶ 2. Præterea , Vnius propheta videtur esse vnus
gradus prophetiæ . Sed vni prophetae fit reuelatio se-
cundum diuersas imaginarias visiones . Ergo diuersitas
imaginariæ visionis non diuersificat gradus prophe-
tæ .

¶ 3. Præ-

† In glo. ¶ 2 Præterea, Secundum † glossam in principio ordinis in Psalterij, prophetia consistit in dictis & factis, somnio & visione. Non ergo debent prophetie gradus præf. sup. magis distingui secundum imaginariam visionem, ad sumitur quam pertinet visio & somnium, quam secundum dicta ex Cas. & facta.

in Prolo. SED contra est, quod medium diversificus gradus cognitionis, sicut scientia propter quid, est ab eo (eo quod est per nobilius medium) quam scientia qua est, vel etiam quam opinio. Sed visio imaginaria in cognitione prophetica est sicut quoddam medium. Ergo gradus prophetie distingui debent secundum imaginariam visionem.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est *, prophetia in qua per lumen intelligibile reuelatur aliqua veritas supernaturalis per imaginariam visionem, medium gradum tenet inter illam prophetiam, in qua reuelatur supernaturalis veritas absque imaginaria visione; & illam, in qua per lumen intelligibile absque imaginaria visione dirigitur homines ad cognoscenda vel agenda, quæ pertinent ad humanam conuersationem. Magis autem est propria prophetie cognitio, quam operatio. Et ideo ista gradus prophetie est, cum aliquis ex interiori motu mouetur ad aliqua exterius facienda: sicut in Samone dicitur Iudic. 15. quod irruit Spiritus Domini in eum: & sicut solent ad ardorem ignis ligari sumi, ita & vincula quibus ligatus erat, dissipata & soluta. Secundus autem gradus prophetie est, cum aliquis ex interiori lumine illustratur ad cognoscendum aliqua, quæ tamen non excedunt limites naturalis cognitionis: sicut dicitur de Salomone 3. Reg. 4. quod locus est parabolas, & disputauit super lignis Libani quæ est in Libano, vsque ad hyssopum quæ est in pariete: & disseruit de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. Et hoc totum fuit ex diuina inspiratione. Nam præmittitur, Dedit Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis. Hi ratiocinatio

6. 173. a.

2.

duo gradus sunt infra prophetiam propriè dictâ, quia non attingunt ad supernaturalem veritatem. Illa autem prophetia, in qua manifestatur supernaturalis veritas per imaginariam visionem, diversificatur primò secundum differentiam somnij, quod fit in dormiendo, & visionis quæ fit in vigilando, quæ pertinet ad altiorem gradum prophetiæ: quia maior vis prophetici luminis esse videtur, quæ aliquem occupatum, circa sensibilia in vigilando abstrahit ad supernaturalia, quàm illa quæ animam hominis abstractam à sensibilibus inuenit in dormiendo. Secundo autem diversificatur gradus prophetiæ quantum ad expressionem signorum imaginabilium, quibus veritas intelligibilis exprimitur. Et quia signa maximè expressa intelligibilis veritatis sunt verba, idèo altior gradus prophetiæ videtur quando propheta audit verba experimentia intelligibilem veritatem, siue in vigilando, siue in dormiendo; quàm quando videt aliquas res significatiuas veritatis: sicut septem spicæ pleuræ significant septem annos ubertatis. In quibus etiam signis tanto videtur prophetia esse altior, quanto signa sunt magis expressa: sicut quando Hieremias vidit incendium ciuitatis sub similitudine, & olla succensæ, sicut dicitur Hierem. 1. Tertio autem ostenditur altior esse gradus prophetiæ, quando propheta non solum videt signa verborum vel factorum: sed etiam videt vel in vigilando, vel in dormiendo aliquem sibi colloquentem, aut aliquid demonstrantem: quia per hoc ostenditur, quòd mens prophete magis appropinquet ad causam reuelantem. Quarto autem potest attendi altitudo gradus prophetalis ex conditione eius qui videtur. Nam altior gradus prophetiæ est, si ille qui loquitur, vel demonstrat, videatur in vigilando, vel in dormiendo in specie angeli, quàm si videatur in specie hominis. Et adhuc altior, si videatur in dormiendo, vel in vigilando in specie Dei: secundum illud Isai. 6. Vidi Dominum sedentem. Super omnes autem hos gradus est tertium ge-

Aug. li. 11. in Genes. ad li. ter. c. 9. & 10.

principio
tis, som-
tiz gradus
tionem, ad
ndum dicta
ficum gra-
d, est dicit
scientia qua
n ginita in
m incedunt
secundum
ficur dicit
gibile ten-
aginarum
am prophe-
as abstrahit
umen inor-
ur homin-
t ad hunc
prophe-
ideo inor-
riori
e sicur
i ritus
is lignis
sisspara
etia etiam
cogitatio-
tes natus
Reg. 4. qu-
lignis in
n qua ce-
e volucris
it ex dicit
us spicæ
Hi rancu-
duo

av. pra.:
ad 3.

nus prophetiæ, in quo intelligibilis veritas & supernaturalis absque imaginaria visione ostenditur: quæ tamen excedit rationem prophetiæ propriè dictæ, ut * dictum est. Et ideo consequens est quòd gradus prophetiæ propriè dictæ distinguantur secundum imaginariam visionem.

Ad primum ergo dicendum, quòd discretio luminis intelligibilis non potest à nobis cognosci, nisi secundum quòd iudicatur per aliqua signa imaginaria vel sensibilia. Et ideo ex diversitate imaginatarum penditur diversitas intellectualis luminis.

g. 171. a.
2.

Ad secundum dicendum, quòd sicut supra * dictum est, prophetia non est per modum habitus immutabilis, sed magis per modum passionis transeuntis. Unde non est inconueniens quòd vni & eidem prophetiæ fiat reuelatio prophetica diuersis vicibus secundum diuersos gradus.

Ad tertium dicendum, quòd dicta & facta, quibus ibi fit mentio, non pertinent ad reuelationem prophetiæ, sed ad denuntiationem quæ fit secundum dispositionem eorum quibus denuntiat id quod propheta reuelatum est. Et hoc fit quandoque per dicta, quandoque per facta. Denuntiatio autem & ratio miraculorum consequenter se habent ad prophetiam, ut supra ¶ dictum est.

g. 171. a.
1.

831

Ver. 9. 12
a. 9. ad 2

¶ 44.

Et Isa. 6.

col. 2.

* Innuitur in gl.

or. i. pref.

in Prolo.

B. Hic. et

innuitur

ex Cassi.

in Prolo.

in Ps. 1.

ARTIC. I V.

Utrum Moyses fuerit excellentior omnibus prophetis?

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quòd Moyses non fuerit excellentior omnibus prophetis. Dicit enim * glossa in principio Psalterij, quòd uidetur dicitur propheta per excellentiam. Non ergo Moyses fuit excellentissimus omnium.

¶ 2. Præterea, Maiora miracula facta sunt per Moysen, qui fecit stare Solem, & Lunam, ut habetur de sue. 10. & per Isaiam, qui fecit retrocedere Solem, ut habetur Isa. 38. quàm per Moysen, qui diuisit mare Rubrum. Similiter etiam per Heliam; de quo dicitur Eccle-

Ecclesiast. 48. Quis poterit tibi similiter gloriari, qui sustulisti mortuum ab inferis? Non ergo Moyfes fuit excellentissimus prophetarum.

¶ 3. Præterea, Matt. 11. dicitur, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Non ergo Moyfes fuit excellentior omnibus prophetis.

S E D contra est, quod dicitur Deut. vlt. Non surrexit propheta vltra in Israel sicut Moyfes.

R E S P O N D E O dicendum, quod licet quantum ad aliquid, aliquis alius prophetarum fuerit maior

Moyse, simpliciter tamen Moyfes fuit omnibus alijs maior. In prophetia enim, sicut ex dictis patet *,

consideratur revelatio & cognitio tam secundum visionem intellectualem, quam secundum visionem imaginariam: & denunciatio, & confirmatio per miracula. Moyfes ergo fuit alijs excellentior. Primò

quidem, quantum ad visionem intellectualem: eo quod vidit ipsam Dei essentiam, sicut Paulus in rapu: sicut August. dicit * 12. super Genes. ad literam.

Vnde dicitur Numer. 12. quod palam non per ænigmata Deum vidit. Secundò, quantum ad imaginariam visionem, quam quasi ad nutum habebat: non solum

audiens verba, sed etiam videns loquentem etiam in specie Dei: non solum in dormiendo, sed etiam in vigilando. Vnde dicitur Exod. 31. quod loquebatur ei Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Tertiò, quantum ad denuntiationem: quia loquebatur toti populo fidelium ex persona Dei, quasi de nouo legem proponens: alij

verò prophetae loquebantur ad populum in persona Dei, quasi inducentes ad obseruantiam legis Moyfi: secundum illud Malach 4. Mementote legis Moyfi serui mei. Quartò, quantum ad operationem miraculorum, quæ fecit toti populo infidelium. Vnde dicitur Deuteronom. vlt. Non surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyfes, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis quæ miraper eum, vt faceret in terra Aegypti, Pharaoni,

art. præc. c. ar. 1. q. 171.

lib. 12. c. 27. 60. 3.

ni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terre Illius.

Ad primum ergo dicendum, quod propheta David ex propinquo attingit visionem Moyfi, quantum ad visionem intellectualem: quia vterque accepit revelationem intelligibilis & supernaturalis veritatis ab illaque imaginaria visione. Visio tamen Moyfi fuerit excellentior, quantum ad cognitionem diuinitatis. Sed David plenius cognouit & expressit mysteria incarnationis Christi.

Ad secundum dicendum, quod illa signa illorum prophetarum fuerunt maiora secundum substantiam facti. Sed tamen miracula Moyfi fuerunt maiora secundum modum faciendi: quia sunt facta copioso.

Ad tertium dicendum, quod Ioannes pertinet ad nouum testamentum, cuius ministri præferuntur ipsi Moyfi, quasi magis reuelatè speculantes: vt habetur 2. ad Corinth. 3.

ARTIC. V.

Vtrum aliquis gradus prophetia sit etiam in beatis.

832
30. q. 173
art. 1. co.
Et 3. q. 7.
a 8. cor.
Et 1. Co.
13. l. 3
10. 1.
*ar præc.

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod aliquis gradus prophetiæ est etiam in beatis. Beati enim, vt dictum est *, vidit diuinam essentiam, qui tamen propheta dicitur. Ergo pari ratione possunt dici propheta.

¶ 2 Præterea, Prophetia est diuina reuelatio diuinæ reuelationes sunt etiam angelis beatis. Ergo etiam angeli beati possunt dici propheta.

¶ 3 Præterea, Christus ab instanti conceptus fuit comprehensor. Et tamen ipse prophetam determinat, Matt. 13. vbi dicit, Non est propheta facturus nisi in patria sua. Ergo etiam comprehensor & beati possunt dici propheta.

¶ 4 Præterea, De Samuele dicitur Eccles. 4. quod intulit vocem eius de terra in prophetia, delere imperatorem gentis. Ergo eadem ratione alij sancti post mortem possunt prophetæ dici.

S E D

SE D contra est, quod 2. Petri 1. sermo propheti-
 cos comparatur lucernæ lucenti in caliginoso loco.
 sed in beatis nulla est caligo. Ergo non possunt dici
 propheta.

RESPONDEO dicendum, quod prophetia im-
 portat visionem quandam alicuius supernaturalis ve-
 ritatis, vt procul existentis. Quod quidem contin-
 git esse dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius cog-
 nitionis: quia videlicet veritas supernaturalis non
 cognoscitur in seipsa, sed in aliquibus suis effectibus.
 Sic adhuc erit magis procul, si hoc sit per figuras cor-
 poralium rerum, quam per intelligibiles effectus: &
 talis maximè est visio prophetica, quæ fit per figu-
 ras & similitudines corporalium rerum. Alio modo
 visio est procul ex parte ipsius videntis: qui scilicet
 non est totaliter in vltimam perfectionem adductus:
 secundum illud 2. ad Corinth. 5. Quamdiu in cor-
 pore sumus, peregrinamur a Domino. Neutro autem
 modo beati sunt procul. Vnde non possunt dici
 propheta.

Ad primum ergo dicendum, quod visio illa Moyfi
 fuit rapim per modum passionis, non autem permanens
 per modum beatitudinis. Vnde adhuc videns
 erat procul. Propter hoc non totaliter talis visio a-
 mittere rationem prophetiæ.

Ad secundum dicendum, quod angelis fit reuelatio
 diuina, non sicut procul existentibus, sed sicut
 non totaliter Deo coniunctis. Vnde talis reuelatio non
 habet rationem prophetiæ.

Ad tertium dicendum, quod Christus simul erat
 comprehensor & viator. In quantum ergo erat com-
 prehensor, non competit sibi ratio prophetiæ, sed so-
 lum in quantum erat viator.

Ad quartum dicendum, quod etiam Samuel non
 iam peruenerat ad statum beatitudinis. Vnde etsi vo-
 luntate Dei ipsa anima Samuelis Sauli euentum belli
 renuntiavit, Deo sibi hoc reuelante, pertinet ad
 rationem prophetiæ. Non autem est eadem ratio
 de

de sanctis qui sunt modo in patria. Nec obstat quod arte demonum hoc dicitur factum: quia etsi demones animam alicuius sancti evocare non possunt, neque cogere ad aliquid agendum, potest tamen hoc fieri diuina virtute: ut dum demon consulitur, ipse Deus per suum nuntium veritatem enuntiet. Sicut per Iliam veritatem respondit nuntijs Regis qui miseratur ad consulendum Deum Accaron, ut habetur 4. Reg. 1. Quamvis etiam dici possit, quod non loquitur anima Samuelis, sed demon ex persona eius loquitur quem sapiens Samuelem nominat; & eius praesumptionem propheticam, secundum opinionem Saul & assistantium, qui ita opinabantur.

ARTIC. VI.

Utrum gradus prophetia varientur secundum temporis processum?

833
2. q. 57. a.
5. ad 3.
Et. 2. q.
32. a. 14.
ad 1.
* 4. 173.
a. 4. ad 2.
7. ho. 16.
in Exec.
a. med.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod gradus prophetia varientur secundum temporis processum. Prophetia enim ordinatur ad cognitionem futurorum, ut ex dictis patet*. Sed sicut dicitur 7. Gen. per successiones temporum creuit diuina cognitio augmentum. Ergo & gradus prophetia secundum processum temporis debent distinguere.

¶ 2. Præterea, Reuelatio prophetica fit per diuinam allocutionem ad hominem. A prophetis autem ea quæ sunt eis reuelata, denuntiantur verbo & scripto. Dicitur enim 1. Reg. 3. quod ante Samuelem sermo Domini erat pretiosus, id est, qui tamen postea ad multos factus est. Similiter etiam non inueniuntur libri prophetarum esse scripti ante tempus Isaie, cui dictum est, Scribe tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, ut patet Isai. 8. Post quod tempus plures prophetas suas prophetias conscripserunt. Ergo videtur quod secundum processum temporum profecerit prophetia gradus.

¶ 3. Præterea, Dominus dicit Matth. 11. Lex & prophetia, usque ad Ioannem prophetam. Postquam

modum autem fuit donum prophetiæ in discipulis Christi multo excellentius, quam fuerit in antiquis prophetis: secundum illud ad Ephes. 3. Alijs generatibus non est agnitus filius hominum, scilicet mysterium Christi, licet nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & prophetis in spiritu. Ergo videtur quod secundum processum temporis creuerit prophetiæ gradus.

SED contra est, quia Moyses fuit excellentissimus prophetarum, vt dictum est*: qui tamen alios prophetas præcessit. Ergo gradus prophetiæ non proficit secundum temporis processum.

a. 4. et 5. præc.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est*, prophetia ordinatur ad cognitionem diuinæ veritatis, per cuius contemplationem non solum in fide instruimur, sed etiam in nostris operibus gubernamur: secundum illud Psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt. Fides autem nostra in duobus principaliter consistit. Primo quidem, in vera Dei cognitione, secundum illud Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere quia est. Secundo, in mysterio incarnationis Christi, secundum illud Ioan. 14. Creditis in Deum, & in me credite. Si ergo de prophetia loquamur, in quantum ordinatur ad fidem Deitatis, sic quidem creuit secundum tres temporum distinctiones, scilicet ante legem, sub lege, & sub gratia. Nam ante legem Abraham, & alij patres prophetice sunt instructi de his quæ pertinent ad fidem Deitatis. Vnde & prophetæ nominantur, secundum illud Psal. 104. In prophetis meis nolite malignari. Quod specialiter dicitur, propter Abraham & Isaac. Sub lege autem facta est reuelatio prophetica de his quæ pertinent ad fidem Deitatis, excellentius quàm ante: quia iam oportebat circa hoc instrui non solum speciales personas, aut quasdam familias, sed totum populum. Vnde Dominus dicit Moyli, Exod. 6. Ego Dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai.

a. 2. 3. & 4. & 9. 172. a. 4.

Sec. Sec. Vol. iij.

K k nai

nai non indicaui eis : quia scilicet præcedentes pa-
 tres fuerant instructi in fide de omnipotentia vni-
 us Dei . Sed Moyses postea plenius fuit instructus de
 simplicitate diuinæ essentia ; cum dictum est ei
 Exod. tertio, Ego sum qui sum : quod quidem nomen
 significatur à Iudæis per hoc nomen Adonai, propter
 venerationem illius ineffabilis nominis . Postmodum
 verò tempore gratiæ ab ipso filio Dei reuelatum est
 mysterium Trinitatis : secundum illud Matthæi vti-
 euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in no-
 mine Patris & Filij & Spiritus sancti . In singulis
 statibus prima reuelatio excellentior fuit . In
 prima autem reuelatio ante legem facta est Abrahæ
 cuius tempore cæperunt homines à fide vnitatis
 deuiare, ad idololatriam declinando . Antea
 non erat necessaria talis reuelatio omnibus in
 vnius Dei persistentibus . Isaac vero facta est
 prior reuelatio, quasi fundata super reuelationem
 Abrahæ . Vnde dictum est ei Genes. 26. Ego sum
 Deus Abraham patris tui : & similiter ad Iacob
 dictum est Genes. 28. Ego sum Deus Abraham
 patris tui, & Deus Isaac . Et similiter in statu legis
 reuelatio facta Moysi excellentior fuit, supra
 fundatur omnis alia prophetarum reuelatio : in
 in tempore gratiæ super reuelatione facta
 de fide vnitatis & Trinitatis fundatur tota
 ecclesia : secundum illud Matthæi 16. Super
 petram, scilicet confessionis tuæ, ædificabo Ecclesiam
 meam . Quantum verò ad fidem incarnationis
 manifestum est, quod quanto fuerunt Christi
 propiniores, siue ante, siue post, vt plurimum
 de hoc instructi fuerunt . Post tamen plenius
 ante : vt Apostolus dicit ad Ephes. 3. Quoniam
 rō ad directionem humanorum actuum, prophetarum
 reuelatio diuersificata est, non secundum
 processum, sed secundum conditionem negati-
 uam, quia vt dicitur Proverbiorum vigesimonon-
 defecerit prophetia, dissipabitur populus . Et
 quod
 agend
 electio
 Ad
 intelli
 tionem
 Ad
 dicit
 Assyri
 promiss
 Babylō
 fuerat
 tur illa
 loquen
 turæ re
 Abrah
 defuisse
 runt, i
 Quand
 conde
 tunc co
 gentib
 regum
 quia tu
 sed pro
 prophe
 habent
 Ad
 tunc
 vique
 gio de
 dicit, p
 phetas
 Agabu
 tpi .
 de sine
 nos ali
 cū ad
 quod

quolibet tempore instructi sunt homines divinitus de agendis, secundum quod erat expediens ad salutem electorum.

Ad primum ergo dicendum, quod dictum Grego. intelligendum est de tempore ante Christi incarnationem, quantum ad cognitionem huius mysterij.

Ad secundum dicendum, quod sicut * Augustinus *lib. 18. c. 27 & me. 10. 5.* dicit 18. de Civitate Dei; Quemadmodum regni Assyriorum primo tempore exiit Abraham, cui promissiones apertissima fierent, ita in Occidentalis Babylonis (id est, Romanæ Urbis) exordio (quæ fuerat Christus imperante venturus, in quo impleretur illa promissa) oracula prophetarum, non solum loquentium, verum etiam scribentium in tantæ rei futuræ testimonium soluerentur (scilicet promissionis Abrahæ factæ.) Cum enim propheta nunquam fere defuissent populo Israel, ex quo ibi reges esse ceperunt, in viam tantummodo eorum fuere, non Gentium. Quando autem ea scriptura prophetica manifestus condebat, quæ gentibus quandoque prodesset: tunc condebat hæc civitas, (scilicet Romana) quæ gentibus imperaret. Ideo autem maxime tempore regum oportuit prophetas in illo populo abundare: quia tunc populus non opprimebatur ab alienigenis, sed proprium regem habebat. Et ideo oportebat per prophetas cum instrui de agendis, quasi libertatem haberent.

Ad tertium dicendum, quod propheta prænuntiantes Christi aduentum non potuerunt durare nisi usque ad Ioannem, qui presentialiter Christum digno demonstravit. Et tamen, ut post Ioannem excludat prophetas. Legimus enim in Actibus Apostolorum, & Agabum prophetasse: & quatuor virgines filias Philippi. Ioannes etiam librum propheticum conscripsit de fine Ecclesiæ; & singulis temporibus non defuerunt aliqui prophetiæ spiritum habentes, non qui ad novam doctrinam fidei depromendam, sed

Mat. 11. sup illud propheta 10. 10. 9.

516 QVÆST. CLXXV. ART. I.
*lib. 5. c. 26. non refert 5. de Ciuit. Dei, quod Theodosius Augustus
 procul a ad Ioannem in Aegypti eremo constitutum, quem
 prin. 10. 5 prophetandi spiritu præditum fama crebescence di-*
 dicerat, misit: & ab eo nuntium victoria certissi-
 mum accepit.

QVÆST. CLXXV.
 De Raptu, in sex articulos diuisa.

- D** E inde considerandum est de raptu.
 ¶ Et circa hoc quærentur sex.
 ¶ Primo, vtrum anima hominis rapiatur ad diuina?
 ¶ Secundo, vtrum raptus pertineat ad vim cog-
 scitiuam, vel ad appetitiuam?
 ¶ Tertio, vtrum Paulus in raptu viderit Dei glo-
 riam?
 ¶ Quarto, vtrum fuerit alienatus à sensibus?
 ¶ Quinto, vtrum fuerit totaliter anima à corpore se-
 parata in statu illo?
 ¶ Sexto, quid circa hoc sciuerit, & quid igno-
 uerit.

ARTIC. I.

834
Ver 9. 13
a. 1. et a.
2. et 9.
Et 2. Cor.
12. co. 4.
lit. c. 1.
ante me.
tom. 1.
c. 8. a me
dio illi.
¶ c. 9. no
procul a
sua.

Vtrum anima hominis rapiatur ad diuina?
 Ad primum sic proceditur. Videtur, quod anima
 hominis non rapiatur ad diuina. Diffinitur enim
 à quibusdam raptus, Ab eo quod est secundum
 in id quod est supra naturam, vi superioris
 eleuatio. Est autem secundum naturam hominis
 ad diuina eleuetur. Dicit enim * Augustin. in prin-
 cipio confess. Fecisti nos Domine, ad te, & in te
 est cor nostrum, donec requiescat in te. Non ergo
 minis anima rapiatur ad diuina.
 ¶ Præterea, Dionysius dicit * 8 cap. de diuinis
 quod iustitia Dei in hoc attenditur, quod carnis
 rebus distribuit secundum suum modum & dignitatem.
 Sed quod aliquis eleuetur supra id quod est secundum
 naturam, non pertinet ad modum hominis, vel digni-
 tatem. Ergo videtur quod non rapiatur mens hominis
 à Deo in diuina.

¶ 3. Præ-